

DISSE¹⁸
TATIO IN AVGURALIS IVRIDICA

DE 1706/15⁴⁹

INTERPRETATIONE PROXIMI-
TATIS GRADVS QVOAD SVC-
CESSI¹⁸ONEM IN BONIS EQVESTRI-
BVS REGRESSVI OBNOXIIS RESPECTV COL-
LATERALIVM ET DESCENDENTIVM
OCCASIONE RECESSVS

IN FAMILIA

DN. BARONVM DE MARSCHALK
INITI,

QVAM
EX DECRETO ET AVCTORITATE
MAGNIFICI JCTORVM COLLEGII
IN PERANTIQA VNIVERSITATE ERFORDIENSI,

P R A E S I D E

FACVLTATIS IVRIDICÆ DECANO,

DN. CONR. WILHELMO Stredew/
JCTO, PRELAVDATAE FACVLT. ET IVDICI ELECT. PROVINCIAL. ASSESS.
PROF. COD. PVBL. ORDINAR. CIVIT. STND. PRIMAR.

ET CONSULE,

PRO LICENTIA

SVMMO¹⁸S IN VTRQVE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA
RITE AC LEGITIME CONSEQVENDI,
PVBLICO ERUDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
AVCTOR ET RESPONDENS

ADAMVS HEINRICVS SCHMIDT,
ADVOC. ORDIN. SVINFVRTENSIS.

IN AUDITORIO IVRISCONSULTORVM MAIORI
DIE XI. JULII M DCC XXXVI.

ERFORDIA, Typis HERINGII, Acad. Typogr.



PROÆMIVM.

GENERALITER CASVM PRÆSENTEM
CVM QUÆSTIONIBVS SISTIT.

§. I.

Vales ac quantæ circa regressum ad bona familiæ inter nobiles orian-
tur lites, quæ sœpissime singulari-
bus circumstantiis, & quæ præ-
terea pro & contra interpretatio-
nem admittant, concomitentur, id in foro ver-
santibus ex quotidiana experientia satis constat.
Conf. COVARUVIAS *in pract. quest. c. 37. in*
pr. quas inter numerari haud indignè meretur
casus ille admodum famosus æque ac gravis,
de quo præsens specimen conscribere cum ani-

§. I.
Generaliter
materiam pri-
mi capitii
proponit,

A mo

mo meo statui, & cujus singulares Controversiae ex hacce cause figuratione apparent. Cum enim stirpe masculinâ Dominorum Baronum de Marschalk ab Ebnet per obitum Friderici Caroli Christophori Marschalk ab Ebnet, (uti Schema Gen. in fine Disputationis sub lit. A. appositum prolixius demonstrat) prorsus extinctâ, bona illustris hujus Familiae allodialia ad cognatos transvolvebantur, duplex succedendi causa inde exsurgebat: altera quoad pecuniam, quam Dominus directus, Reverendissimus Dominus Episcopus Bambergensis, quia prædium Frensdorff, qua feudum aperatum ad ipsum rediit, ex pacto infra sequenti Familiae Marschalcicæ solvere tenebatur, altera vero ratione reliquorum allodialium secundum consuetudinem regressus ad bona renunciata. Circa utramque successionem de legitimatione ad causam inter diversas dictæ Familiae lineas acriter fuit disputatum. Eorum enim lineæ, quæ a tribus fratribus, in citato Schem. Genealogico in No. 7. 8. & 9. JOHANNES EITELIVS, JOH. CHRISTOPHORVS & JOH. HIERONYMVS nominatis, proveniebant, cum

ex-

exclusione illorum cognatorum, qui ab *Ama-*
lia, modo dictorum trium fratum Amita, &
 (secundum S.G.n.6.) Domino Baroni de Kuns-
 berg matrimonio juncta, descendebant, utram-
 que hæreditatem sibi privativè appropriabant,
 cui contradixit posteritas dictæ Amaliæ de
 Kunsberg, ex ratione, quod omnia hæcce allo-
 dialia ab ipsius parente Wolffgango Christo-
 phoro de Marschalk (v.S.G.n.2.) ceu omnium
 agentium stipite communi sint acquisita, &
 hinc extirpata nunc masculina sobole, ipsi re-
 gressus ex renunciatione sub conditione nunc
 proflus cessante facta pateat. Et hæc prima
 erat disceptatio, quæ inter supra nominatorum
 trium fratum descendentes & eorum collate-
 rales ex Familia de Kunsberg, agitabatur. Quæ
 una cum sequentibus per conclusum Augustif-
 simi Consilii Imperialis Aulici sub lit.B. nuperi
 decisa inde rediit.

§. II.

Secunda causæ controversia solitarie inter
 ipsos dictorum fratum descendentes emerge-
 bat, & quidem circa interpretationem pacti,
 quod tres fratres quoad feudum Frensdorff

§. II.
Secundi capi-
tis materiam
profert.

A 2

cum

eum Domino directo componebant, & quod
præter alia etiam hæcce dubii intellectus verba
in se habet:

Es haben aber Edelgemeldte drey Gebrüder, für
sich und ihre allerseits eigens Erben von ihren Lei-
tern her posterisend in infinitum, jedoch secun-
dum gradus prærogativam, oder nach der hierin-
nen denen Marschalcischen von Ebnet freystehen-
den Disposition, (ohnbeschadet eines zugetragenen
Tod-Erb- oder Aenderungs-Falls) bey dieser Zu-
eigenung der Marschalcischen bishero allodial ge-
wesenen, nunmehr aber dem Stift Bamberg
directo Dominio übergebenen Mannhaftten Gu-
ther zu Frensdorff diesen Vorbehalt gethan, wo
dieser 3. Gebrüder Männl. Erben einst keiner mehr
am Leben seyn solte, also das dieses Lehn Fren-
sdorff an Bamberg alsdann heimgehen würde,
alsdann ihre dieser 3. Gebrüder Eigens Erben
das Lehn Frensdorff nicht eher abtreten solten, sie
haben denn von dem Lehn-Hoff zu Bamberg den
halben Werth, wie solche Guther alsdann Land-
üblich geschätz werden, wozu jeder Theil in vier
Wochen nach dem 30ten zwey estimatores zu be-
nennen, oder ein Obmann zu erwehlen, solches
Guths hinaus empfangen, zu welches halben pre-
tii revision sodann Bamberg krafft dieser trans-
action verbunden seyn soll.

**Ex quibus dubium promanabat, utrum stipu-
lata**

lata prærogativa gradus, vel proximitas succendi ex mente pacti & juris approbatione a tribus paciscentibus (in S. G. n. 7. 8. 9. positis) an vero ab ultimo Familiae Masculo (vid. S. G. 31.) sit derivanda.

§. III.

Ex hujus dubii resolutione nova juris quæ-
stio profluebat, nimurum, num vel descendenti-
tium vel collateralium successio huc locum in-
veniat, nec non? Qua ex ratione quoad reli-
qua allodialia inter trium fratum compaciscen-
tium descendentes successio sit suscipienda.

§. 3.

Tertii capitie
materia.

§. IV.

Idem modo allegatum pactum porro ulte-
riorem litigandi ansam exinde per ancipitem
suum tenorem in scenam produxit, cum in illo
id quoque dispositum legatur:

§. 4.

Quarti capitie
materia.

Ibi: Fürs vierte mit dieser modification, dem
Fürstl. Stift Bamberg zu guten geschehen, und
hiermit angehänget, wenn dazumahl die Mar-
schalcken von Ebnet auf das Guth Frensdorff oder
dessen eingehörige Stücke Fürstl. Bambergl. Lehn-
herrl. Consens ausgebracht haben möchten, daran-
sie denn weder an Bewittums, auch andern ge-
wöhnlichen Consensen, woferne solche nach Stifts-

A 3

Ges.

Gebrauch und Herkommen gesuchet worden, hierdurch nicht gesperret, oder gehemmet seyn sollen, dieselbe Consens in Abschlag dieseshalber denen Eigens Erben zu guten gesagten pretii gerechnet, und den Stift Bamberg zu guten von dem prelio gezogen werden solte.

Ubi quæsitus fuit, an hæc reservatio indistincte omnibus Masculis descendantibus pure & in præjudicium omnium cognatorum, an tantum ratione suorum, aut denique privative & unicè tribus pacientibus fratribus sit concessa, atque ita consensus ab ultimi Masculi patre ad 12000. rthl. a Domino directo extractus, & sublit. C. appositus in detrimentum cæterorum cognatorum validus subsistere possit, an minus?

CAPVT I.

NVM FAMILIÆ KVNSBERGICÆ PRÆTENSVS AD SVCCSSIONEM REGRESSVS COMPETAT.

§. I.

§. 1.
De praetensa legitimacione ac competencia Kunbergeriana.

Sicuti in omni lite, quæ in judicio ventilanda prostat, merito de legitimatione, tam quoad personas, tam quoad causam, seu competentem actionem quæstio est instituenda, ita quoque in præsenti materia de ea tanquam præjudiciali quæstione, & ad meliorem de cause statu informationem persentiscendam, vel, ut appareat, in quantum cuique

cuique actio competit, vel minus, huc agere & consilii & necessitatis esse constat. Cum itaque tres fratres de Marschalks (qui in S. G. supra per Lit. A. apposito in N. 7. 8. 9. Joh. Eitelius, Joh. Christoph. & Joh. Hieronymus nominantur, quoad feudum Frensdorff, si nimirum illud, extincta masculina stirpe, tanquam apertum ad Dn. Directum rediret, cum hocce, scilicet. Reverendissimo Dn. Episcopo Bambergensi pactum composuerunt, quod tunc dictus Dominus directus feudum vacans recipiens, dimidiam ipsius pretii trium fratribus pacientium foeminae propagini resolvat, mox quoque, sed refragante jure atque æquitate, collateralibus pacientium, qui ab ipsius amita, Amalia de Kunsberg (vid. S. G. n. 6.) descendebant, in mentem venit, tum hujus pecuniae, tum aliorum allodialium cum supra memorata pacientium fratribus sobole participes propterea fieri, quia nimirum dicta Amalia hereditati tantum sub pacto reservativo renunciasset, & hinc ipsi vel ejus descendantibus pro nunc regressus conditione existente, pateat.

§. II.

Sed quam ægrè stirps Kunsbergiana ad causam se legit. Ratio prima mare, & fundatam suæ prætensionis intentionem atque inde quare Kunsbergicis nulla competentem actionem debitè demonstrare valeat, ut potius ab utraque successione prorsus excludenda sit, id ex hisc duo- bus causæ momentis, ut ut brevissimis sat tamen sufficien- gressus. ter elucescat. Quod nempe 1.) neque Frensdorff, neque reliqua Allodialia ab Amaliam de Kunsberg patre, Wolfgango Christophoro de Marschalk ab Ebnet sint acquisita. Cum ex testamento, instrumento emtionis aliisque documentis plus abundanter jam manifestatum sit, quod demum citati Wolff. Christoph. de Marschalk primus filius, Sigismundus Marschalk ab Ebnet, (cujus soror dicta Amalia de Kunsberg erat, quædam allodialia, & alter filius, Vitus Ulricus de Marschalk cætera & imprimis Frensdorff noviter comparaverit, & fratri Sigism. nominatis tribus filiis in suo testamento reliquerit. Nunc autem filiæ renunciati regressus ad bona a fratribus cæterisque collateralibus noviter acqui- sita

sita non eo jure, & consequenter rarius datur, quam in bonis avitis fieri solet, cum hic jus suum hæreditarium, non ibi in renunciatione sibi reservare possunt, sed posteriori casu id tantum agunt atque declarant, ne à successione ab intestato, factâ sua renunciatione, exclusa velint esse. Multo minus viventibus fratribus descendantibus ipsis successio quædam ab intestato competit. Hisce suppositis itaque fatis liquet, quod sicuti Amaliam de Kunsberg parum prodesse posset præsumpta illa ex sua renunciatione deducta consequentia, quod scilicet omnino allodium, cui ipsa renunciaverit, tunc præsens, & in parentis Wolff. Christoph. de Marschalk bonis extitisset, quia aliás totum renunciationis negotium frustraneum suscepimus fuisse, quippe quæ factis & veritatibus contraria traditio per Marschalk claris & indubitatis probatoribus, ut cætera taceam, plenâ manu destructa est, ut ut potius a Kunsbergicis in forma probante demonstrari debuit, quæ sint illa bona regressui prætenso obnoxia, & ad quæ ipsis successio patefacta sit.

§. III.

Ratio secunda Sed, hisce dimissis, quoad 2) ponam, quod prædicta prioris positionis.

Allodium ab ipsis patre acquisitum probatoriè indicari possit, nihilominus vero tantum abest, ut propter factam Kunsbergianam renunciationem hujus posteritati regressus præbere possit, ut potius ex ea ille plene sit ademptus. Nam ex hisce confessim subnexis dictis renunciationis verbis,

Dass sie Amalia ganzlich und nach Nothdurft alles Väterlich- und Brüderlichen Erbtheils und Guths sich verzeihen wolle, jedoch da es Sach wäre, dass gedachte ihre Brüder ohne eheliche Leibes-Erben Todes Abgängen, was ihnen alsdann von Rechts und Billigkeit wegen zustehet, soll ihnen mit diesem Verzicht unbenommen seyn.

Plusquam satis clare appetet, quod per eam unice tantum successionem ab intestato sibi suisque reservaverit. Verbis enim renunciationis stricte inhærendum est, cum non uni-

for-

formi modo sed admodum inter se discrepantes componantur, ita ut tantum regressus in casum fratribus defuncti, mox post illius posteritatem defunctam in genere, mox restrictive ad masculinam tantum, mox vero plane nullus regressus, sed legitima solum successio reservetur. Hincque ipsis pure standum. Prout notum illud, & hinc inde jam per impressionem ad publicam notitiam promanatum attestatum solenne equestre pagi Geburg d. 10. Febr. Anno 1710. pro vigore hujusmodi confuetudinis sedulo laborare constat. Nunc autem successio ab intestato, ad quam Kunsbergio regressus fuerat reservatus, nunquam extitit, quia alter Amaliae frater, Sigismundus de Marschalk, tres filios, nimirum supra nominatos pacientes reliquit superstites, alter vero, Veit Ulrich, utut improlis, tamen testatus decepit, & vi testamenti sui in praesentia Amaliae K. publicati, recogniti atque pro legitimo assumti. Ad quod etiam tacita agnitione sufficit, ut postea contra id agere quis non possit l. 3. §. 1.
l. 35. §. 2. de inoff. test. l. 2. C. de jure delib. ibique BRVN. SCHWED.
Disp. varia T. 1. disp. 21. §. 30. Sui fratri Sigismundi filios nempe sepius nominatos pacientes, haeredes suos constituit.

§. IV.

§. 4.

Ex quibus itaque facile cognosci potest, quod universa Kunsberg. ita Amaliae de Kunsb. propago, sicuti ex pacto quoad pecuniam que ab ultra-
Frensdorffianam, ita propter renunciationem ab omni reliquo que successio
allodium cum pretendo suo regressu sit excludenda, & hic con- ne excludi-
sequenter unice trium fratrum pacientium descendantibus
relinquendus, prout etiam id nupere per Auguissimi Imperialis Aulici conclusum in fine sub lit. B. appositum sic deci-
sum legi potest.

B

CAP.

CAP. II.

VTRVM PRÆROGATIVA GRADVS,
QVAM PACTVM AD SVCCESIONEM
IN PECVNIAM FRENSDORFFICAM RE-
QVIRIT, A PRIMIS PACISCENTIBVS,
AN VERO AB VLTIMO FAMILIÆ
MASCVLLO SIT DEDVCENDA.

g. 1.
Prolixius hu-
jus capitatis ca-
sum profert
una cum qua-
stione.

S. I.
Cum jamjam in praecedenti capite dictum sit, quod trium fratrum paciscentium descendentes quoad pecuniam Frensdorffianam secundum pacti dispositiōnem unice succedere necesse habeant, in dicto pacto supra recitato vero inter alia passus ille:

Das Edel gemeldet z. Gebrüder für sich und ihre aller-
seits Eigens Erben von ihren Leibern her posterirend, in in-
finitum, iedoch secundum gradus prærogativam, sich den
Borbehalt gehian, von dem Domino directo, gegen Heim-
gebung des Guiths Frensdorff, die Helfisse desselben Werths
zurück zu empfangen.

Primam litigandi aniam ex eo objecerit, quod nempe mortuo Friderico Carolo Christoph. Marsch: ab Ebneth, tanquam ultimo familiae masculo vid. S. G. n. 31. eius unica foror, Juliana Wilhelmina Dorothea, sicuti catena allodialia, ita & pecuniam Frensdorffianam cum exclusione reliquorum cognitorum sibi soli, eeu proximiori, prærogativâ gradus nimirum a suo defuncto fratre deductâ, adscribere aula sit. Cui tamen reliqui cognati, illam a primis acquirentibus atque paciscentibus derivantes, restiterunt. Hinc imprimis ad inquirendum hile occurrit quæstio. A quoniam ista gradus prærogativa secundum pacti mentem jurisque assensum deci

duci debeat, utrum nempe a dictis pacientibus, an vero ab ultimo masculo, ita, ut priori casu omnes pacientium descendentes, posteriori vero ultimi masculi soror ex gradus prerogativa ad successionem sint admittendi.

§. II.

Pro hoc posteriori capite, scilicet quod ab ultimo Masculo deduci hic debeat gradus prerogativa, facere videtur, & quae defuncto possessori proxima sit, hereditas de jure feudali semper permaneat, & ad proximiorem in illa linea transferatur, ita ut per eum aliae lineae plene excludantur, sicuti expresse per Text. 2. f. 50. disponitur, in verbis: successio pertinet ad solos, qui ex illa scilicet ultimi possessoris linea sunt, isti enim proximiores dicuntur respectu aliarum linearum, ita, ut demum omnibus ex hac linea deficientibus aliae lineae æqualiter vocentur. Conf. 2. f. 37. v. si quis circa fin. 1. f. 14. ROSENTH. c. 7. concl. 57. n. 10. de feudis. BEYER. in delin. jur. feud. c. 7. pos. 63. VULT. L. I. c. 9. n. 33. de feud. NÆV. ad jus feud. pag. 395. n. 10. SCHRAD. def. p. 7. c. 7. n. 19. TIRAQV. de primog. qu. II. n. 14. qu. 17. n. 16. ita ut primo lineæ deinde gradus respectus haberi debeat, STRYK. de succ. ab int. diss. 3. cap. 3. thes. II. SONSPEC. de feud. p. 9. n. 112. HOTTOMAN. disp. feud. cap. 7. VULT. I. de feud. c. 9. n. 112. in fin. ubi quidem proximitas gradus respectu ultimi defuncti semper attendi debeat, id quod prolixè pariter ac eleganter explicat ANDR. KNICHEN de vestit. pacif. p. 3. c. 3. n. 1. usque 40. SCHILT. de natur. Succ. cap. 3. §. 3. STRUV. S. J. F. c. 9. tb. 7. Id quod jure civili pari ratione corroborari constat, & quidem non solum ratione fideicommissi, (quale in praesenti causa adest) ita, ut a gravato non vero a gravante proximitas deducenda, uti ex L. 32. §. 6. ff. de leg. 2. patet. Si ibi dicitur: Admitti debent, qui ex his primo gradu procreati sunt, nam hic probatur, vocatum censeri ad fideicommissum proximiorem ipsi gravato vel ultimo possessori conf. l. 69. §. 3. ff. de leg. 2. COVARUV. pract. quast. c. 38. §. 2. sed etiam hoc in communi successione ita se habet, ubi per Nov. 118. c. 3. agnatus defuncto proximior, exclusis indistinctim

B 2 cate.

Rationes que-
re ab ultimo
Masculo pro-
ximitas dedu-
ci videatur.

cæteris, succedit. SCHWED. disp. var. T. I. disp. 24. §. 27. Si-
cuti etiam juxta universam praxin circa successionem tam
feudalem, quam majoratus, primogenituras atque fideicom-
missa ab ultimo defuncto deducitur proximitas BOCER. de
success. f. c. 3. q. 48. ROSENTH. de feud. c. 7. concl. 57. n. 10.
KNIPSCHILD. de fideicomm. fam. c. 9. n. 86. MANTIC. de tacit.
Samb. conv. Lib. 23. T. 28. n. 6. BE SOLD. Conf. 265. n. 16. CRAV.
Conf. 950. qualem juris dispositionem & praxin sequi voluisse
pacientes presumendi sunt, cum omnis secessus a jure sit
odiosus c. cum expediatur de elect. & electi port. in bto. MENOCH.
Conf. 82. n. 10. RICHTER. Conf. 291. n. 22. Vol. 2. & hinc quæ-
libet dispositio vel actus sic sit accipiendus, ut quam minime
lædat jus commune. C. 14. X. de clericis non resid. C. 13. X. de
officio jud. ord. ut & ita, ut assensum juris habeat, MEN. I. 3.
praf. 38. n. 9. CRAVETT. Conf. 186. n. 9. TIRAQ. in retract. com.
§. I. gloss. 2. no. 14. quin imo credendum, mentem pacientium
eam fuisse, ut secundum jus commune pactum inter-
preteretur. L. 38. ff. de acqu. vel oniuit. hered. l. nepos 125. ff. de
verb. sign. & NÆV. ad illam. CARPOZOV. part. 3. c. 8. d. 7. n. 9.
Et propterea pactum magis ex mente quam verbis affi-
mandum sit. L. 7. & 8. ff. de Pass. Hinc non obstat vi-
dentur pacti verba: illyer allersets Erben solten succidire:
Et id eo minus, quia, si sub nomine collectivo, scilicet
cognatorum &c. (complures ad fideicommissum vocan-
tur, eo ordine vocati censentur, qui in successione ab in-
testato servatur, ubi proximus ultimo masculo admittitur:
BRVN. ad L. ult. C. de verb. sign. l. 57. §. ult. ff. ad SC. Tre-
bell. BE SOLD. C. 265. n. 16. p. 6. WESENB. Conf. 174. n. 49.
SVRD. decis. 346. n. 13. CACHERAN. decis. ped. 81. n. 14. pro qua
prærogativæ deductione porro stare videtur, quod hujus ca-
sus vel successionis existentia in remotissimum transferri po-
tuisset tempus, unde non verisimile, quod pacientes præro-
gativam a se derivari optassent, quippe quod post tot gene-
rationes difficillimæ probationis fuisse, & præterea anfam litigandi
præbuisset quam maximam. Hinc ad tales trifles pa-
riter ac molestos eventus impediendos pacientes respectum
pro-

proximitatis ad ultimum masculum magis adstrinxisse credendi sunt. MERLINVS in decis. tot. Rom. 520. n. 9. Tandem quoque pro prærogativa ab ultimo masculo deducenda allegari potest, quod cæteri cognati, ab hac linea semel exclusi sint, hinc semper exclusi permaneant. 1. f. 6. §. penult. BOCHER de feud. q. 4. p. 3.

§. III.

Sed prædicta nihilominus hic obstare vel impedire non possunt, quin gradus prærogativa non sit ab ipsis pacificentibus derivanda, cum allegata dispositio feudalium ut & juris communis pure ad successionem ordinariam & ab intestato sit restringenda. Cui tamen per pactum facile derogari possit. 2. f. 48. Et successiones sicuti communes ita & feudales regulantur & alterantur ex pactis, quæ legibus derogant. M. WESENB. I. C. 15. n. 73. Imo omnis actus legem ex conventione accipere non prohibetur. 1. i. §. 6. ff. de post. Et siquidem aliquid pactum fuerit, hoc ita ut obtineat, æquum est §. 3. J. de locat. cond. præprimis moribus hodiernis, ubi jure canonico & consuetudinario ex omni, etiam nudo pacto nascitur obligatio. HILLIG. ad Donell. l. 12. c. 9. Lit. A. BRVN. ad L. 10. C. de paft. CARPZ. p. 2. C. 32. d. 10. n. 9. BÖHM. Jus Ecl. Protest. L. I. T. 35. §. 4. & eadem vis pacti est, qualis est & legis. MEY. Conf. 35. n. 103. Hinc quoque pacta leges privatorum dicantur in L. legem 10. C. de pactis. Ut taceam, quod quidam hanc dispositionem feudalem plane non admittere, sed magis etiam in successione feudalia primo acquirente proximitatem derivare velint. HOTTOMAN. disp. feud. Cap. 19. M. WESENB. I. I. Conf. 15. n. 22. GAIL l. 2. obs. 149. MENOCH. Conf. 124. n. 42. & complures alii, quos citat ab EYBEN in Elec. Jur. feud. c. 7. §. 8. p. 127. Id quod etiam ratione fidei commissi dici potest, ubi itidem nonsolum pactis maxima vis data. Sed adhuc quoque præterea sub judice lis est, an non magis ad primum acquirentem respici debeat. HARPR. Resp. 60. n. 166. I. 5. C. de verb. & rer. sign. Et tandem ut ut pactum ex legis observantia & secundum jus commune regulariter sit interpretandum, hoc tamen tunc cessat, ubi pacti verba sic

B 3

jam

jam jam in se sunt clara, ut hinc interpretatione non indigeant, sed voluntatem pacientium sequi hæredes pure teneantur. l. 3. si quis C. de lib. præt. vel exb. DEC. Conf. 50. n. 3. VULT. Conf. M. V. 3. Con. 31. n. 17. Calumpniosa namque est quæcunque interpretatio, ubi sunt verba perspicua. BALD. in L. 13. §. 1. ff. de serv. præd. rus. CRAV. Conf. 273. n. 7. WESSEN. parat. ff. de ritu nupt. n. 8. Et qui contra fecit, & tenoris perspicui interpretationem querit, prodit vel intellectus infirmitatem vel animum ad calumnias pronum. ICI TVBING. in Resp. apud Leuch. ad Dalm. de renunciat. p. 153. Hinc, ubi in verbis nulla ambiguitas doceri potest, nec ulla admitti debet voluntatis quæstio. L. 25. §. 1 ff. deleg. 3. CRAV. Conf. 273. n. 7. quod autem talis in pacto substrato verborum perspicuitas adsit, id statim ex oculari ejus inspectione ut ex frequentibus in §. 4. deducatur, prolixius videri potest. Idem ratione supra in §. 1. dictam difficultatem, quæ circa investigationem proximitatis a primis pacientibus derivandæ se excitat, responderi potest, quod nempe hoc non obstante pateti dispositio firma manere, nec propterea pacientium voluntas suspensi debeat. HARPR. Resp. 60. n. 557. Et ideo magis, cum multifariæ lites gravissimæ, quæ in diversis principiis familiis hac de re sappissime fuerint agitate, & de quibus præclare exemplo suo vel unica Domus Palatina Electoralis præluceat, ubi nonsolum inter Ottonem Henricum filium Ruperti virtuosí ejusque patruellem Fridericum sapientem post Electoris Ludovici pacifici mortem Ao. 1544. Sed & noviter extincta per Carolum gente Simmerensi inter Philip. Wilh. Neoburgicū & Veltenfūm circa proximitatem ab ultimo Masculo derivandam acriter disputatum fuerit. vid. IMHOF Not. Germ. Imp. proc. L. 4. c. 1. §. 33. STRUV. in Synt. j. publ. c. 16. n. 26. GOLDAST. de majorat. §. jur. repr. SCHWED. disp. var. T. 2. D. 9. §. 23. §. D. 19. §. 4. sufficienter commonentur, quod similes difficultates etiam circa prærogativam ab ultimo masculo deductam oriri possint, hinc propter hanc causam alicui jus ex pacto quæsumus auferre, admodum iniquum fore, FROMMAN. de Exiſt. Cond. paci bœ. sed.

red. renunc. Thes. 68. p. 85. STRRV. Synt. jur. feud. c. 9. tb. 7. n. 3. 4. Tandem per exclusionem semel factam repellitur quidem illa linea, cui altera quondam præferebatur VALASC. Confult. 121. n. 10. non vero id locum invenire potest, ubi post renunciationem cessantem vel ex pacto reservativo ad hæreditatem regressus patet. HARPR. R. 60. no. 675.

§. IV.

Et præterea, quod magis a primis pacientibus derivari debeat prærogativa gradus ex sequentibus argumentis por- Rationes pre-
ro inclaretur, cum nempe vel ex inversis pacti verbis ne- prærogativa
quidem ullo modo extorqueri possit illa contradicentium gradus à pa-
opinio, scilicet, quod ab ultimo Masculo prærogativa gradus cipientibus deducenda pe-
debet, ita ut ne iota quidem per ea exinde allegari tuntur ex ipso
queat. Nunc autem pacta stricti intellectus sunt, L. 27. §. pacti tenore,
4. vers. ante omnia ff. de pass. ALCIAT. ad rubr. C. de transact.
& hinc juxta regulam illam, quod instrumentum non
cantat, nec nos cantare debemus BRYCKM. I. Conf.
14. n. 92. ultra verborum proprietatem extendi non de-
bent L. 21. C. de solut. & lib. l. 40. ff. de reb. cred. L. 21. C. de
prob. L. 1. L. 5. C. de fals. caus. adj. Vel ad id, de quo contra-
hentes præsumptive non cogitarunt STRUV. Synt. Jur. feud.
c. 9. tb. 8. n. 1. sola enim mens disponentis in hisce negotiis
dominatur SCHWED. Disp. V. T. 1. d. 20. n. 16. Nunc autem in
pacto prospicius hisce verbis dicitur. Die pacienten hätten
ihren allerseits Eigens Erben den Vorbehalt gethan, & hinc non
ultimi masculi proximo. item porro: Bon ihrer der pacienten
Leibern her descendirend in infinitum, quod vocabulum
ordinem inter descendentes introductum plene indicat, ultimi
masculi descendentes vero nullo modo admittit. Sicuti
quoque ultimus masculus non omnium pacientium, sed sui
patris vel proavi Eigens Erb tantum prædicari potest, & can-
dē citata verba: sui proprii heredes, sunt relativa ad ipsos
pacientes GRATIANVS Disc. for. c. 4. T. 94. n. 20. MANT.
de Conj. ult. vol. L. 8. T. 20. n. 31. HARPR. R. 60. n. 31. Paci-
entes etiam tempore confecti pacti eventum conditionis
adjectæ per imaginationem sibi aliter depingere, vel animo
conci-

concipere non potuerunt, quam quod feudum Frensdorff ad unius lineam & in illa ad ultimum masculum per venturum sit, quo defuncto, & sic aperto feudo a domino directo erga pacta pecuniae solutionem recepto, demum ipsorum stirps cognatorum ad hanc successionem accessura sit, & hoc non obstante nihilominus non ultimi masculi, sed ihrer allerseits Eigens Erben, secundum gradus prærogativam heredes sibi constituerunt. Quamobrem hoc vocabulum allerseits hinc tanti valoris astimandum est, ut credendum sit, quod pacientes, si, litem praesentem metuentes, eam præcavere voluissent, nullam magis aptiorem expressionem, & per quam melius mentem suam, quod scilicet nulla linea alteri anteponi, sed omnium æqualis successio esse debeat, declarare voluissent, potuissent excogitari. Quæ particula prorsus frustra & sine effectu pacto eset adjecta, si ad ultimi masculi proximum pacientes respexissent, id quod autem admitti nequit. Subtilius enim pariter & exactius pacti verbis innitendum NOV. 159. c. 1. l. 51. quando in pr. de leg. 1. nec ad defraudandum, neque ut literæ sint ludæ, convenit interpretari instrumenta Nov. 162. c. 1. pr. Nov. 166. c. 1. l. in contrab. 172. ff. de reg. jur. l. quoties ff. de verborum obligat. l. quoties in action. ff. de rebus dubitis. unica particula enim saepe numero producit novum intellectum l. 62. & 63. ff. de Leg. 1. TORRE de pactis futur. success. decif. 209. n. 17. ubi simul prolixe attestatur, quod fœminæ diversarum linearum, quo usque masculi vivant, a successione exclusæ, post horum obitum pro quavis linea & consequenter juxta gradus prærogativam respectu acquirentis ad eandem rursus vocantur.

S. V.

Porro hicce pacti significatus ex præsumpta pacientium voluntate confirmatur. Quoties enim pactum dubiam admittit interpretationem, imprimis respiciendum est ad id, quod actum inter partes, L. 33. ff. de Contr. Emt. 1. 3. de reb. cred. l. 125. ff. de verb. signif. l. 34. de reg. jur. Et si ex factis vel circumstantiis tacita vel præsumpta pacientium mens conjecturanda est, exinde dubii præsentis decisio unice petenda est:

§. 5.
Idem suadent
omnes cir-
cumstantie
& præsum-
ptivæ conclu-
siones,

est: L. 2. l. 4. §. fin. l. 57. ff. de pacf. l. 6. ff. Mand. l. 3. §. 1. ff. de libert. leg. L. 34. de Reg. Jur. l. 4. ff. pro socio. adeo, ut tacita aut præsumpta apparens contrahentium intentio faciat, ut verba non currentur, vel quoque impro prientur. l. cum virum pr. C. de fideicomm. l. si olic 21. C. de locat. l. si uno ff. cod. Nunc autem dicta pacis centrum mens & intentio atque præsumpta voluntas ex iis satis conjici potest, quod ipsi ad interrogationem non aliter hunc passum interpretaturi fuissent, quam quod cujuslibet pars pecuniae Frensdorffianæ ad suos descendentes, nec ad ultimi masculi proximum transferri debat. Est enim præsumtio juris, quod testator vel in præsenti pacis centrum non alienas successiones propriis anteponere voluisse, per l. 30. C. de fideicomm. l. 102. ff. de condit. & demonst. STRUV. Synt. jur. feud. c. 9. tb. q. n. 9. quilibet enim suis heredibus prospicere voluisse censetur, MANT. de conf. ult. volunt. Lib. 8. T. 14. n. 20. & parentes præprimis, ut & reliqui quoque ascendentibus semper id velle creduntur, ut liberis ex suis bonis quam optime prospectum sit, dulci enim officio inde fungi dicuntur, GROT. de jure bell. & pac. L. 27. c. 7. n. 4. quod etiam tunc adhuc verum esset, si verba: ihre Eigens Erben in pacto prorsus non extarent. Suis enim filiis vel descendentibus in pacto, licet in eo expresse nominati non sint, quis prospecturus ex præsumptione juris censi debet l. si pacf. ff. de prob. & præf. NATTA Conf. 216. n. 12. MENOCH. de præf. l. 3. præf. 47. n. 1. l. 10. C. de loc. cond. & hinc parentes liberi secundum naturalem charitatem bona relinquentes pie agere dicuntur l. 15. pr. ff. de inoff. Test. CVJAC. lib. 8. Obs. Cap. 23. KNIPSCHILD. de fideicomm. c. 8. n. 275. Nunc autem in omni dubia enunciatione, vel ubi verba pacti plures dicuntur habere sensus, accipienda est illa significatio, qua verisimilior est, & magis convenit voluntati disponentis præsumpta, & sic mens cujusvis testatoris vel disponentis interpretanda, qualis esse debeat secundum rationabilem humanum sensum, & haec conjectura eo magis debet sustineri, quia lex ipsa præsumitur, testatorem id disposuisse, quod rationabiliter fieri debuit. PETRI DE PETRA de fideicomm. qu. 9. n. 45. 46. 47.

NOCH. V. 4. Conf. 306. n. 6. C. 347. n. 44. Et hinc ad voluntatis declarationem defuncti cuiusdam multum conduit, imo de jure requiritur, ut inspiciatur ejus necessitudo & charitas erga hanc vel illam personam, pro qua in pacti obscuri declaratione pronunciandum, l. si servus. §. 3. de Leg. I. SIMON. de PRÆT. in tract. de interpret. ult. volunt. L. I. fol. 5. fol. 106. MENOCH. de præsumpt. L. I. præf. 28. imo pro expresso semper id habendum, quod partes ad interrogationem sic expressissent, GLOSS. L. tale pactum 41. §. ult. ff. de paet. BALD. in L. I. C. qua res pign. & L. heredes §. cum ita ff. ad SCrum Trebell. Siquidem etiam una particula per alteram declaratur L. legatum ff. de leg. 2. BALD. ad L. si domum C. de rei vind. l. si ita scriptum ff. de Leg. t. Hinc quoque per verba: ihrer allerseits Erben, verba sequentia secundum prærogativam gradus accipere debent significationem, vel verum à pacientibus ipsis attributum intellectum. Porro contra eam opinionem semper judicandum, circa cuius dispositionem pacientes clarissimi loqui debuissent. l. 39. ff. de paet l. 34. ff. de Contr. Emt. Et id eo magis, quo tacens dicatur in id consentire, quod, cum potuisset impeditre, vel aliter disponere, id non fecerit L. scindendum de verb. oblig. TIRAQ. Retr. prax. §. 1. gl. q. num. 148. Si itaque pacientes, prærogativam ab ultimo masculo derivari, voluissent, hoc unico vocabulo efficere valuerint, quod, cum non factum, contrariam eorum voluntatem prodit, generalis enim conventio semper recipit interpretationem à verisimili disponentium mente, ut inde tacita eorum mens detegatur. L. tale pactum §. ult. ff. de paet. L. TITIVS §. LVCIVS ff. de lib. & postb. b. Idem etiam per supra sublit. B. appositam sententiam Cæsaream, rejecta ultimi masculi fororis petitione pronunciatum, quippe in qua omnes Marschalkiani cognati, computatâ à pacientibus gradus prærogativâ, heredes fuerunt declarati.

CA-

CAP. III.

VTRVM IN PRÆSENTI CAVSA SVC.
CESSIO ADSIT DESCENDENTIVM,
AN COLLATERALIVM?

S. I.

IN eo quidem omnes inter se conveniunt pacientium descendentes, quod sicut ratione reliquorum allodialium locum habeat ordinaria descendantium successio, ita sum & quae contra ratione pecuniae Frensdorffianæ unice ex pacto supra recitato nec ex renunciatione reservativa regresus sit, sed instituendus, ut ut enim Maria Dorothea M. quæ nupta fuerat Domino Baroni de Schaumberg, ut & Eva Susanna, nupta Domino B. de Slammersdorff, renunciations suas ad acta exhibuerint, facile tamen percipi potest, quod haec restrictive tantum ad reliqua allodialia, nullo modo vero ad hasce pecunias Frensdorffianas sint applicandæ, quia harum ratione pacientes ipsi jam jam satis clare disponuerint, quorum ordinationi ab eorum descendantibus contraveniri, aut aliud quid noviter ordinari non potuit. Recessus enim & Contractus defuncti obligant successores ex stipulationis lege, & bonâ fide sanctissime servandi sunt. *§. adeo 3. J. de locat. cond. l. 1. §. 6. ff. depositi l. venditor. 13. pr. J. Commun. prædior. t. u. q. & NAVIVS ad illam.* Sed in eo valde inter se discrepant, utrum nimirum ex hoc pacto in præsenti causa detur successio descendantium an collateralium & hinc inde jus representationis locum habeat, vel minus, itemque pro hac vel illa accepta opinione, in capita aut stirpes vocentur heredes.

S. II.

Quod igitur inter collaterales præsens sit successio, & quatuor ratio consequenter jus representationis huc exulare necesse habens pro colla beat, id ex eo primò conjiciendum esse videtur, quia nimirum terali successores fratres pacientes successive in feudi Frensdorff posses sion, recente

1. DVBIVM. quia ultimo defuncto bona possidenti succedatur, hinc ad eam collateralis successio.

2. dubium quod pro ea quoque pacti legitus allegari posset.

3. Dubium, quod pacientes se suos que collaterales per partitiam fratrum successionem sibi invicem heredes constituisserint.

4. Dubium, pro col. pacti verbis: Secundum gradus prærogativam claro clarius in lateralis successio.

sione se invicem sunt subsecuti, & post primi & secundi compacientis sua stirpis masculinae extinctionem tertius, nimirum Joh. Eibel (vid. Schema Geneal. num. 7.) hocce prædium Frensdorff ad suam virilem propaginem transtulit, in cujas linea nunc ultimus masculus deceperit, cui itaque tanquam ex latere pacientium descendentes in pecuniam, ratione hujus feudi per ipsius mortem aperti, a Domino directo solvendam succedunt, quamobrem juxta Nov. 118. c. 3. §. 1. vi cuius in successione collaterali ultra fratrum liberos jus representationis non admittitur, sed secundum gradus prærogativam omnes vocantur, etiam in hac causa viciniores gradu reliquis præponi, qui autem ejusdem gradus inveniantur, inter se æqualiter, seu in capita juxta numerum personarum vocati censeri debent. MYNS. Obf. Cam. 94. C. 3. CASSAN. Conf. 8. § 9. WVRMS. in præt. C. J. obf. L. 1. T. 41. obf. 1. Pro qua Sententia porro pactum allegari posse, quis putet, in quo nimirum dicti tres pacientes sub certo modo, scilicet, si ultimus masculus hujus familie fuerit defunctus, omnibus eorum cognatis successionem in hæc pecunias Frensdorfficas stipulati fuerint, id quod effective idem habendum esse videtur, ac si dixissent, quod dicti cognati ultimo masculo vi dispositionis eorum heredes futuri sint collaterales; Et si 3.) ulterius hoc quoque dubio cuidam adhuc subjaceat. Tertio, illud tamen certissimum sit statuendum, quod pacientes in dicto pacto se suosque descendentes sibi invicem, vel per reciprocum vocationem cognatorum hos sibi hac ratione futuros heredes conditionaliter constituisserint, ut quilibet frater simul tam suos, quam fratri sui cognatos ad quantitatatem Frensdorffianam sibi communiter acquisitam & adhuc inter ipsos communem existentem, heredes vocarent, ita, ut unusquisque ex iis tam suo avo pacienti, quam hujus fratri, tanquam compacienti in hac re communi scilicet pecunia Frensdorff. heres existat, & hinc collateralis fratrum partitia adsit successio. Præprimis cum 4to hoc ex parte non

non detur ulla gradus prærogativa, nec quis remotior, nec proximior nominari possit, sed jus repræsentationis in infinitum locum habeat. *L. inter omnes 26. C. fam. ercifc. dum, ne scilicet HEROLD. de repræf. cap. 4. Sctt. 1. Concl. 1. §. 24.* quia descendenteribus natura simul, & parentum commune votum hereditatem tribuit. *L. 7. §. 1. ff. si tabul. test. null. exst. 1. cum ratio pr. ff. de bonis danni. STRYK in Tract. de Success. ab intst. stra sint adje-*
diss. 1. c. 2. §. 1. & hinc ubi gradus prærogativa mentio fit, eto ipso jure collateralium successione esse intelligendam, pa-
lam est. Nov. 118. c. 3. cum pacientes in sua locutione semper cum juris communis assensu ambulasse, ipsique se conformasse censendi sint. Nunc autem si præfens successio sit de-
*scendentium, dubio vacat, quin dicta verba: Secundum gradus prærogativam, otiosa & frustra, vel inutiliter fuissent adjecta, id quod vero jura nostra non admittunt, ita, ut neque pacientes quicquid frustra suscepisse, aut aliquid sine effectu pacisci voluisse credantur. L. 51. miles 3. ff. de testam. mil. 1. si quando 109. ff. de leg. 1. MENOCH. Lib. 4. præf. 31. n. 15. neque ipsa verba pacto adjecta ita accipi possunt, ut superflua & sine effectu, sint apposita. BESOLD. in Conf. Tubing. 85. n. 79. § 80. ita, ut ne ullum quidem verbum in instrumento otiosa, vel sine virtute sua conferri debeat appositum. *L. lecta 40. ff. de reb. cred. 1. licet 42. §. 2. ff. de procur. 1. ea quidem C. de commodato.* Sed ut vi sue significationis aliquid operetur Cap. si Papa 10. de priv. § excess. pr. in 6. REBVFF. eam sine exc. C. 12. q. 2. In minimo enim saepe numero magnus latilat effectus arg. *L. verbum. 123. ff. de verb. sign. 1. si ancilla 62. § 63. ff. de leg. 1. l. si quando 109. pr. ead.* Et id eo magis, cum hic versemur in pacto, quod negotio omnem formam & normam præscribit *L. 1. §. 6. ff. de posit.* & hinc legis vigorem habeat MEV. Conf. 35. Lib. 4. n. 108. & ubi defuncti voluntas omnibus sit præponenda Nov. 118. c. 5. præprimis cum pacientium heredes eorum liberi sint, qui voluntatem parentum in omnibus sequi tenentur *L. parentibus 8. C. de inoff. Test. L. inter omnes 26. C. fam. ercifc. MENOCH. Conf. 20. n. 41. C. 45. n. 13.* atque ita ex hisce verbis decisio pro collateralni successione in se sic satis clara sit,*

et cessare debeant merito cavillationes interpretum. CRAV.
Conf. 273. n. 7. Imo hæc verba tanti valoris æstimanda, ut, et
si descendentes in hereditate hac inter se concurrant, tamen
jus repræsentationis in illa non locum invenire possit, quia
pactum, quod universo negotio legem dat, prærogativam
gradus in herede requirat, hæc vero & jus repræsentationis
sic inter se sint pugnantia, ut nullo modo simul admitti
possint.

h. 3.
Refutatur 1)
dubium. Ni-
mum non
succeditur in
feudi nec ultimi
masculi al-
lodialia, hinc
p. ipfi,

ultimus ma-
sculus nec pe-
cuniam Frens-
dorffianam,
nec jus ad eam
habuit, hinc
ipse etiam
non in ejus
hereditate
existere pos-
sunt,

Sed si rem penitus inspicis, facile contrarium, & quod
potius successio descendantium huc admittenda sit, eluceceret,
nam ratione primæ objectionis, nimurum quod ultimo ma-
sculo feudum Fr. possidenti ex latere succedatur, probe atten-
di debet, quod pro nunc pacientium descendantibus non in
feudum Frensdorff, quod ex sua qualitate ad cognatos trans-
ferri non potest, nec in allodialia familia ab ultimo masculo
reliquo, & consequenter etiam non ipsi succedunt, sed præ-
sens cause status sic se habet, tres nimurum fratres pacien-
tes per citatum pactum certaina pecunia quantitatè à do-
mino directo in casum, si feudum Frensdorff quondam aper-
tum ad ipsum rediret, sibi in favorem suorum cognatorum
acquisiverunt & quilibet illorum suam quotam seu jus ad
hæc pecunias per modum pacto adjectum ita ad suos de-
scendantibus transtulit, ipsisque reservavit, ut ipsi secundum
gradus prærogativam eam petere possint, ex quo clarescit,
quod nemo ex iis heres hic ex latere, sed suus existat pro qua
opinione porro facit, quod propter terminum pacto adje-
ctum (sc. masculis deficientibus) dies obligationis ad stipula-
tam pecuniam solvendam nondum cesserit nec venerit, quia
hic terminus: scilicet post ultimi masculi mortem, pure pro
conditione æstimandus est, in omni autem conditione in se
ratione existentia non certa, dies nec cessit, nec venit, i. e.
nullam obligationem in praesenti producit, l. 21. si dies pr. ff.
quando dies legati velit dec. l. 16. sub condit. & seqq. ff. de condit.
indeb. l. obligatio 99. §. 1. & l. stipulatus §. 1. & 2. ff. de verb.
oblig. l. 213. cedere pr. ff. de verb. signif. quia conditionum ea
est

est natura, ut differat actum, & hinc tantum spem pariat debitum iri & adhuc incertum sit, an ex ea stipulatione debitum quoddam futurum sit. l. 36. pecuniae ff. de rebus cred. §. 4. J. de verb. oblig. Hinc itaque ultimus masculus ad hanc stipulatam pecuniam nunquam ullum jus habere potuit, quippe que post ejus mortem, tanquam conditione existente, demum verum debitum enascebatur, quamdiu enim masculus ex hac familia adhuc in vivis est, tamdiu dominus directus nondum quicquid debebat, & consequenter, quia ipse hasce pecunias non habuit, nec habere potuit, eas quoque ad suos heredes vel cognatos transferre non valuit, nemo enim plus in alterum confert, quam quod ipse habet, l. qui tabernas 32. ff. de contr. empt. l. 21. si dominus pr. §. 6. ff. de leg. i. atque ita nemo harum pecuniariarum respectu ejus heres ex latere dici potest; sed potius ipsis descendenteribus à pacientibus actio ratione hujus pecuniae futura acquirebatur & à horum quolibet ad suos descendentes foeminae generis transvolvebatur pro suā quota. §. 4. J. de verb. oblig. l. 6. in possessionem ff. quibus ex caus. in possessionem eatur. l. 4. Creditoribus ff. de separ.

l. II. potior §. l. ff. de dist. pign. quemadmodum autem conditio nihil ponit in esse, nisi prius vera & completa extiterit l. Post conditio. 41. legata ff. de cond. §. demonstr. l. 54. sub conditione ff. de usuf. nem imple- Ita quoque prius ad pecuniam dictam cognati successionem tam effectus apprehendere non potuerunt, quam ultimo masculo defuncto, ejusdem sunt, cum interim quidem jus, sed nondum obligationem posside. quales fue- bant, propterea actus nunc retrahendus erat ad tempus initii. runt tempora pacientium.
l. qui balneum 9. ff. qui pot. in pign. l. necessario 8. ff. de peric. §. Comm. ita ut ut effectus conditionis nunc idem sit, qualis tempore mortis disponentis fuisset l. quod dicitur 39. ff. de mi- litari testam. MANT. de conject. ult. vol. L. II. c. 20. n. II. CRAVET- TA Conf. 577. p. 4. n. 2. quapropter successio nunc sic forman- da, qualiter facta fuerit, si statim post trium mortem simul ac- cidentem, utpote si simul omnes in uno prælio cecidissent, extitisset, ubi procul dubio cujuslibet descendentes jure re- præsentationis & juxta lineas in pecunias istas successuri fu- fent.

§. IV

§. IV.

Quod secundam objectionem attinet, scil. quod pacti verba idem involverent, ac si pacientes dixissent, quod ultima atque patimo masculo defuncto succedendum sit, huic resistunt clara cursiveum pacti verba, ubi dicitur: ihre sc. derer pacientium allerseits Erben, quod procul dubia ita pacientes pronunciassent, si hujus collateralem successionem instituturi fuissent, item verba: ihre Eigens Erben in infinitum, & porro, von ihnen Leibern her descendirend; quæ expressiones omnes pro descendentiū successionē laborare videntur, id quod etiam verisimiliter, & ex præsumpta pacientium mente, quæ semper ad dubiæ enunciationis declarationem inspici debet, conjecturari potest. MENOCH l. 3. Conf. 278. n. 15. ut & ex eo, quomodo in pari negotio alias decisio facta sit, vel sicuti plerumque tales actus suscipi soleant. l. exento II. ff. de act. emt. l. eti. 3. ff. de lib. & postb. ber. nunc autem plerumque parentes, qui semper suis descendantibus quam optime prospecturi sunt, hos præ alii ad successionem vocare assolent, pro quâ naturali præ sumptione tamdiu standum, donec contrarium evidentissime doceatur l. si convenerit 18. §. 1. ff. de pign. act. l. ult. ff. de juri. Cap. cum capella 16. X. de priv. & excess. pr.

§. V.

Tertia objectio, scilicet, quod tres pacientes commixtim omnes suos cognatos tanquam collaterales vocasset ciproca successione agit, putarunt, in aperto errore haesitent, nec pactum cum omnibus circumstantiis ponderassen, alias enim nunquam ex eo sed potius pactum fratum successorum extrahere studiissent negotium cum Domino in substrato enim prorsus nihil de tali successione tractat, nec directo compositionem, ubi tandem quili que profert. Multo minus per id ex pacientibus fratribus bet pacientibus alterum vel ejus descendentes sibi heredes constitutit, tium dispositio sed primario inter omnes pacientes tres fratres ex una, tionem inter & dominum directum ex altera parte id perficiebatur, & quidem plane ad eum effectum, ut prædium Frensdorff, quod ex pecunia pacientes pro alladio venditabant, dominus directus vero id

id feudum reputabat, imposterum ad finiendas de eo lites ju-
 diciales, reddatur quidem feudum, hac tamen conditione, ut
 dominus directus, id quondam apertum recipiens, in com-
 pensationem & quasi satisfactionem aliqualem, quod hoc al-
 lodium nunc feudum fiat, cognatis tunc certam quantitatem
 exsolvat, qua tanquam in locum illius allodii, quod nunc in
 feudum translatum est, constituantur. Et hoc principale erat
 pacifcentium negotium peractum, cui tandem deinde secun-
 dariæ à pacifcentibus modus adjiciebatur, qua ex ratione
 nempe cuiuslibet pacifcentis pars hujus noviter acquisitæ pe-
 cuniæ in sua linea ad suos descendentes devolvi debeat, &
 conditione existente inter ipsos dividenda sit, ubi quidem
 quisque pacifcentum suos descendentes, sed tamen secun-
 dum gradus prærogativam, ita ut filius nepotem & cœte-
 ros, & sic porro excludat, nec hi simul ad hereditatem ad-
 spirare contendant, quâ de re sequens parâgraphus huc con-
 ferri brevitatî conduit. Ex quo apparet, quod in dicto pa-
 cto nihil principaliter inter tres fratres tractatum inveniatur,
 sed omnis labor & intentio circa ejus confectionem eo tan-
 tum tendat, ut sibi dominum directum ad dictam pecuniam
 solvendam obligatum constituerent, & quicquid demum obi-
 ter tres fratres ratione hujus pecuniæ futuram divisionem &
 hereditatem pacto annixerint, non ut pactum fratum suc-
 cessorum, sed pro unius cuiusque dispositione inter liberos
 considerari debeat, & hinc inter ipsos universaliter conside-
 ratos cognatos ex eo nulla actio neque exceptio detur, ita,
 ut unius vel alterius hujus compacifcentis fratri prorsus sine
 prole descendantis hereditas à reliquis non ex hoc pacto, sed
 secundum jus commune fuisse accipienda, & pactum in hoc
 casu pro re inter alios gesta, qua in præsenti casu nullam for-
 man vel decisionem adferre posse, æstimandum sit, ex ratio-
 ne, quod nullibi in eo de negotio inter ipsos fratres peracto,
 passus doceri posse, sed res inter eos in illo statu relinquenda
 tur, in quo fuerat, si prædium Frensdorff allodium mansisset,
 ubi absque hoc pacto reservativo quilibet fratribus suam par-
 tem, extintis masculis, ad suam lineam scemineam tanquam

D

avitam

avitam transtulisset, tota itaque decisio causa ex hoc facile desumenda erit, ita ut nunc ulla quæstio amplius de collaterali successione admitti debeat.

S. VI.

§. 6.
Prærogativa *prærogativam pro fructu adjectis haberi non possint, id quod gradus non fructu sed ut vero sic eveniret, si descendentiū sit successio, respondeatur, filia excludat quod thesis hæc cum sua limitatione accipienda sit. Qua in suis liberos, specta, facile apparebit, quod hæcce verba in præsenti causa annexa eit pa-*
non absolute pro inutilibus & sine effectu adjectis prædicari possint, cum pacientes per ista ansam litigandi remoturi videantur, ne in una vel altera descendentiū linea parentes & liberi simul ad successionem hanc adspicere contenderent, ex ratione, quod in præsenti causa institutio non necessitatibus, sed charitatis atque affectionis adsit, in qua particula collectiva aut copulativa (pro quali verba: ihre allerseits Erben, habenda sunt) ejus est naturæ, ut omnes personæ simul & æqualiter sint vocata l. 11. §. 1. ff. de duobus rei const. l. LV CIVS TITIVS 80. §. 15. de leg. 2. l. un. §. 10. § 16. C. de cad. toll. l. si mulier, cum lib. 8. ff. de usufr. l. 2. §. 4. ff. de eo quod certo loc. Nam ut ut liqueat in jure, quod parentes & liberi, concurrente charitatis & affectionis ordine simul instituti, nihilominus censeantur vocati ordine successivo, ab hac juris decisione tamen singulari opinione nonnulli recedunt, trahentes, quod hoc casu pater & filius simul ad hereditatem æquis partibus inter se dividendam vocati sint. Qua de re casum in terminis & in utramque sententiam ventilatam profert CACHERANVS Decis. ped. 81. sub rubr. de matre & filiis simul hereditibus institutis, an una cum matre, an vero ordine successivo sint vocati? ut & SVRD, in decis. 34b. Quam ob causam & ne pariter inter pacientem descendentes parentes & liberi de æquali admissione litigent, verba citata, secundum gradus prærogativum, adjiciebantur, ut per ea decifum sit, parentes gradus prærogativa liberos suos excludere. Quemadmodum etiam pro stabilitate hac descendentiū successionē numeri emanatum & supra sub lit. B. annexum conclusum Augustissimi

gustissimi Consilii Imperialis Aulici justissime sententiationavit,
 in verbis: Dass die Frensdorffische Abtrags-Gelder unter die
 von denen dreyen Marschallischen Brüdern abstammende Eigens
 Erben, secundum lineas, & servato descendentiū succeden
 di ordine, zu vertheilen sey. Ex quibus itaque nunc clarescit,
 quod secundum jus repräsentationis pecuniae Frensdorffianæ
 sic inter dictos cognatos Marschallicos sint dividenda, ut
 postquam tertii compacifcentis fratri, nimurum Georgi
 Christophori linea, suā morte extinctā, una dimidia Johani
 nis Hieronymi descendantibus, ex quibus unica Baronessa,
 Anna Magdalena de Milchling (vid. S. G. 25.) supereft, alte
 ra vero omnibus ab Johanne Eibelio egredientibus sic adju
 dicatur, ut inter hujus tres liberos (in S. G. n. 12. 13. 14.)
 distribuatur, ex quibus iterum quilibet pari ex ratione suam
 partem tertiam ad suos liberos transfert, ut inter ipsos rursus
 aequaliter distribuatur, & sic quoque ulterius procedatur, ut
 nulla linea, sed tantum per parentes horum liberi excludan
 tur. Tandem circa reliqua allodia indubitata adest descen
 dentium successio, quaē sic instituenda est, ut ex' usis Kunsber
 gicis, de quibus supra actum, unice trium fratrum paciscen
 tium successores secundum consuetum inter nobiles regressus
 modum ita admittantur, ut quelibet linea suam sibi item com
 munem repräsentet, id enim non solum ex parentum animo,
 in pacto supra citato declarato, manifestum, sed ipso jure ita
 decisum & consuetudine comprobatum est, hinc non ferenda
 est eorum opinio, qui in favorem ultimi masculi proxi
 mioribus cognatis &c ad excludendos ceteros cognatos, filias
 nobiles ipso jure ab omni successione exclusas, vel plane non
 heredes esse statuunt atque ita tradunt, quod ipsa per clasifia
 lam, biß auf einen ledigen Anfall/ nullum jus hereditarium, ceu
 quale ipsæ nunquam habuissent, in masculos transferant, nec
 portioni hereditatis paterna, sed tantum juri communi, sive
 quod secundum id successio non fiat, renuncient, & hinc, cum
 nunquam hereditas paterna ipsie competisset, propterea quo
 que ipsæ, ultimo masculo extinto, non præ hujus filia, vel
 cum ea ad partem renunciatam successores ex jure regressus

prætensi essent admittendæ: Quibus tamen vel unico argu-
mento ex Pragmatica Sanctione, quæ quasi ex ipso juris ju-
stitiaque fonte promanavit desumto, responderi potest, si ex
ipsius verbis in §. 1. ibi: Unter andern hat Kayser Ferdinandus II. regularet und befohlen, daß die Tochter sich der Erbschaft begeben sollen, doch vorbehaltlich des Rückfall Rechts-
ens, ut & ex omnibus reliquis filiarum nobilium renuncia-
tionibus per ipsam litteram clare demonstratur, quod non Juri
Romano, sed paternæ hereditati ex consuetudine recepta re-
nuncietur, atque inde diserto colligi possit, quod omnino
filia ipso jure quidem heredes sint, ad minimum quoad legi-
timam quæ liberis jure naturæ debetur. AVTH. hoc amplius C.
de fideicom. GAIL. Obs. 119. n. 4. & vicem alimentorum subire
constat, quæ liberis omni jure competunt. §. 1. J. de Jur. N.
§ G. I. 1. §. 7. ff. de J. & J. GAIT. I. 2. Obs. 122. DEC. Conf. 9. n.
50. V. 1. Jus hoc successionis vero in favorem stirpis masculinæ tantum quiescat, & ipsa extincta reviviscat, atque ita
femina à masculo non adeo excludatur, quam nondum ad-
mittatur LVDW. in synop. f. p. 196. VULT. de feud. c. 9. n. 89. &
segn. CARPZ. p. 3. C. 28. d. 15. SCHVILZ. Syn. feud. c. 3. n. 70.
Vel quod successio feminarum saltem sit suspensa, quamdiu
durabit impedimentum successionis, nimirus existentia stir-
pis masculinæ, ne forsitan per divisionem bona extra familiam
transferantur, vel nimis dilpartiantur, cum nihil tam sit mag-
num, quod divisione parvum non fiat. GAIL. Lib. 2. obs. 153.
n. 2. quæ ratio vero, extinctis masculis, plene cessat, & hinc
quoque quasi exclusio ut cestet & idem jus succedendi re-
vertatur, fas est. SCHRADER Conf. 12. n. 175. c. 2. f. 704. FON-
TANELLA de paet. nupt. claus. 8. gl. 25. p. 1. n. 19. id quod etiam
ex praesuma patris voluntate conjici debet, quippe qui creditur
velle, ut masculis non existentibus, filiae præferantur col-
lateralibus reliquis, magis enim dilectus magis quoque voca-
tur creditur. CACHERANVS Decif. 81. n. 5. VULT. Conf. Marp.
V. 4. C. 54. n. 122.

CAP.

CAP. IV.

NVM VLTIMO MASCVLQ, VEL ALIAS
ALICVI, EX CLAVSULA PACTI RESER-
VATIVA CONCESSVM SIT, IN PRÆJV-
DICIVM RELIQVORVM COGNATO-
RVM QVICQVID SVSCIPERE.

§. I.

IN proemio & quidem §. 2. & §. 4. jam jam duo passus h. 1.
hanc materiam concernentes ex sapientia allegato pacto Casum &
recitabantur, quos brevibus hic quoque præmittere, cau- questionem
se necessitas exigit, quorum itaque prior sequentis est
tenoris: Die 3. Gebrüder hätten vor ihre Eigens Erben, jedoch secundum gradus prarogativam, oder nach der hierinnen des
nen Marschallen von Ebnets freystehenden Disposition ohn
beschadet eines Erb-Tod oder Aenderungs-Fall, sich den obbe-
sagten Vorbehalt gethan v. posterior vero sic sonat: Fürs
vierte mit dieser Modification, dem Stift Bamberg zu gu-
tem geschehen und angehängt: Wenn die Marschälcke von
Ebnets auf das Lehn-Guth Frensdorff einen Lehnherlichen Con-
sens ausgebracht, daran sie dann, weder an Bevottumb- oder an-
dern gewöhnlichen Consensen, so nach Stifts Gebrauch recht
gesucht worden, hierdurch nicht gehemmet sind, solche sollen von
der Helffe des zurück zu gebenden Geldes bey heimsallenden Leh-
nende dem Stift Bamberg zu guten gezogen werden. Ex quibus
itaque, cum compacientis Johannis Eibelii nepos, no-
mine Georg. Christoph. (vid. Schem. Geneal. 20.) tanquam
unicus Familiae Marschallicae masculus superstes per testa-
mentum id egit, ut pecuniam Frensdorffianam omnem contra
pacti dispositionem suis descendantibus cum exclusione
reliquorum cognatorum privative attribuat. Nec non hu-
jus filius Christian Friderich (vid. Sch. Geneal. 26.) consensum

¶ Domino directo ad mutuum 12000. Thaler, scenori accipiendo obtinuit, quæstio in disceptationem venit, num vi dictæ reservationis citati actus in præjudicium cæterorum, & reliquis pacientibus descendentiū cognatorum valide subsistere possint: sive utrum dicta reservatio unice ad tres pacientes, & quidem ratione cuiuslibet prosapia tantum sit restringenda, an vero indistinctim etiam eorum descendentiibus masculis, vel uni ex illis aut ultimo, & quidem ad jus cæteris cognatis ex pacto quæsumum auferendum, competit?

§. II.

Quod prædicta verba reservativa: Oder nach der hierinnen denen Marschalcken von Ebnet freystehenden Disposition ad tres pacientes tantum sint restringenda, id claro clarius ex statim sequentibus: ohnbeschadet eines Erb- Tod- und Aen- derungs-Fall, intelligi potest. Nam sicuti antecedentia declarant sequentia, ita e contra sequentia illustrant antecedentia, & in universum una locutio ex altera intellectum accepit, l. 1 seruus. 50. §. 3. & l. 14. si ita scriptum ff. de legatis primo l. quisquis 95. de leg. 3. Ita quoque in presenti pacto per statim subsequentia verba: ohnbeschadet eines Tod- Erb- und Aenderungs-Fall, probe indicatur, quod pacientes restrictive tantum de se ipsis passum citatum prædicaverint, atque ita hæc unica eorum fuisse intentio, ut post unius vel alterius compacientis mortem reliquis compacentibus, pater non obstante, liberum sit, quoad suam tertiam partem pecuniae Frensdorffianæ vel jus in eam succedendi aliud quid ordinare, pactumque pro parte mutare, nec ipsis opponi possit regula, quod quæ ab initio sint voluntatis, postea fi- ant necessitatis, & si semel quid placuerit, postea displicere am- plius non possit. c. 21. de Reg. Jur. in b. L. 75. ff. de reg. Jur. Qua de re igitur hæc reservatio ultra pacientes, sive ad ipsius descendentes masculos propterea trahi & extendi ne- quirit, quia horum scil. heredum vel masculorum descendentiū ibi nulla fasta est mentio, nunc autem, quicunque pro una persona nominata pepigit, cæteros non nominatos ex- clu-

clusisse videtur, l. 22. pr. ff. sol. matr. dosque pet. & scriptura aut
 pacti instrumenta, quæ stricti sunt Juris, non extendi possunt
 ultra verba vel ad personas in eo non nominatas, sive quos
 tenor scripturæ non designat. l. finius 27. §. 4. vers. ante omnia
 ff. de pac̄t. l. refert. s. C. si fals. causa adi. l. interest 21. C. de solut.
 & liber l. 21. ad probat. C. de probat. sed pro rejectis & exclusis
 sunt habendi l. quicquid 99. ff. de verb. obl. ita, ut ne quidem in
 favorabilibus, multo minus in odiosis, vel ubi agatur de præ-
 judicio tertii, vel ejus exclusione, aut jus quæsitum ipsi aufe-
 rendum generalis locutio extendi debeat ad personas ibi non
 comprehensas l. 47. Emptor. §. 1. ff. de pac̄t. propterea admo-
 dum iniquum foret, ceteris cognatis ex tali Juri refragante
 interpretatione id perimi posse, de quo ut auferatur, dispo-
 nentes nunquam cogitarunt l. 9. qui cum tur. §. 3. ff. de trans-
 act. Id quod etiam ratione alterius passus, scilicet extracti con-
 sensus dici potest, ubi pariter heredes nullibi sunt nominati,
 aut ipsis quid reservatum. Quin imo si verba pacti perspi-
 ciuius inspicis, in illo prorsus nulla pacti contraria reservatio,
 aut ulla nova inter tres fratres pactio fuerat suscepta,
 cum non solum hicce passus unice in favorem domini directi
 tantum fuerit adjectus, eo nimirum effectu, eâve intentione,
 quo nimirum mutuum cum consensu domini directi per hunc
 vel illum compacifcentem quoad suam quotam contractum,
 tempore aperti feudi recadentis, ejusdem descendentibus de
 sua quota deduci, nec ex hac causa ulla lis moveri possit.
 Sed etiam principaliter omnia reliqua pacti capita tantum
 inter dominum directum ex una, & tres fratres, tanquam
 Vasallos, ex altera parte solitarie fuerint composita: Nullum
 vero negotium in illo inter ipsos tres fratres compacifcentes,
 (sicuti (upra jam jam dictum) peractum, consequenter nec suc-
 cessio fratribus pactitia composita est, sed contextus & omnia
 pacti contenta id tantum involvunt, quod nempe dominus di-
 rectus certam pecunia quantitatem loco prædii Frensdorff,
 quod nunc ex allodio, in damnum & præjudicium cognato-
 rum, ad quos alias, transculis extintis, fuisse revolutum, feudum
 constituitur, & sic ex communij avita hereditate auferatur, casia

existente, vel feudo aperto recadente, dictis cognatis in solatum quasi vel satisfactionem exsolvat. Cui principali parti dispositioni adhuc pacientes, non quidem in vim pacti inter se confecti, sed quilibet loco dispositionis inter liberos modum seu ordinatem adjectit; qua ratione deficientibus masculis cuiuslibet filiæ earumque posteri in partem patri competentem succedere, & gradus prerogativam observare debeant, nisi NB. pater in vivis hanc suam voluntatem mutaverit, vel per Extractum à Domino directo consensum confutum diminuerit aut absorpsiterit hanc suam quotam. Nullibi vero unus frater alteri, ejusve descendantibus ullum jus, in praedium sui sanguinis suæ propriæ posteritatis aliquid statuere, aut quod suis cognatis acquisiverat, rursus auferre, concessit. Quicquid ergo juris fuisset, inter cognatos Marschalkios, si Frensdorff suam antiquam qualitatem allodialem retinuissest, id quoque nunc adhuc observandum est, ratione pecunia Frensd. dividenda, cum nullibi mutationem factam esse doceri possit. Facile autem quisque intelligit, quod, sicuti Frensdorff, allodium permanens, inter trium fratrum lineas, masculis deficientibus, æqualiter fuisse dividendum, ita nunc pecunia in illius locum surrogata inter lineas cognatorum adhuc existentes æqualiter sit quoque distribuenda, nec ab altera linea nequidem per ipsum fratrem compacientem altera praedictum potuisse inferri. HARPR. de transact. super fideic. inter personas ad illud vocat. n. 38. l. 3. §. II. actus agentium enim non debet operari ultra eorum intentionem, l. 19. pr. ff. de rebus creditis. & patrum ratione fratrum inter se, pro negotio alieno, quod inter ipsos, non qua Vasallos, sed tantum, qua heredes allodiales consideratos, nullum jus producere valet.

§. III.

Idem ex regulis interpretacionis affirmatur. Sed ponam interim haec non ita esse, sed potius prædictum pactum mentionatam qualitatem pacti fratrum successorii habere, nullo modo tamen ex eo quæsita reservatio atque facultas ultra ipsos pacientes extendi, nec horum masculis descendantibus concedi potest. Resisteret enim haec opinio

opinio omni bona interpretationi, cum per eam omnis pae-
cti dispositio elusoria redderetur, & eò collimet, ut actus
pereat. L. si quando 109 ff. de Leg. l. l. 59. & 80. quotiens ff. de
verborum obligatione. & quod una manu pacientes suis co-
gnatis acquisivissent, altera rursus abstulissent, quod non est
terendum, sed locutio ambigua ita semper accipienda, ut res
vel negotium in salvo permaneat: L. 172. in contrabenda §. 1.
ff. de reg. Jur. & hæc interpretatio in omnibus actionibus
& exceptionibus, ubi ambigua oratio adest, commodissima
dicitur, per quam res vel actus, de quo sermo habetur, ma-
gis valeat, quam pereat, pactaque farta tecta conserventur,
l. 12. quotiens ff. de rebus dubiis. MENOCH. L. 6. pref. s. n. 15.
Sicut etiam in hujusmodi causis odiosis, & ubi de exclusio-
ne ejusdam agitur, interpretatio semper in favorabiliorem
partem facienda est l. semper 56. ff. de reg. Jur. l. si heredes 73. ff. de
leg. l. & humanior sententia præferenda. l. 8. cum solito C. quæ
bonis ced. poss. l. heredes mœsi 57. ff. ad SCtum Trebell. ut & semper pro
eo pronunciandum est, qui de damno vitando certat contra
lucrum captantem l. ARRIANVS 47. ff. de oblig. & act. Nec
non causa dubia semper ita decidenda, ut communiter alias
hæc fieri solet l. 22. cum pubes ff. de rebus cred. Nunquam au-
tem pactum in uno eodemque contextu conficitur & rursus
infringitur, & hinc etiam pacientes censeri debent, quod
eo ipso, quod pactum confecerint, voluissent, ut valeat, &
ad effectum perducatur, præprimis cum in presenti causa
parentes inveniantur, siquidem enim semper & in omnibus
ponderari debet, quid & à quo peractum quid sit. l. in am-
biguo 3. ff. de rebus dub. l. 3. si quis C. de lib. prat. ita in dispo-
sitione paterna communiter id actum esse credendum, ut hi-
lis vel heredibus suis consulatur. l. tale pactum 40. §. pater ff.
de pact. l. cum acutissimi. 30. C. de fidicom. BRVNS. ad l. general.
b. C. de Inflit. & suist. n. 3. Etsi in hisce dubiis actionibus agen-
tium confuetudo, charitas atque necessitudo inspecta natura-
liter quid suadeat, illud observari debet, sensus enim naturæ
vel ratio naturalis judicem æque ac lex movere debet. l. si
servus 50. §. 3. ff. de leg. l. 12. præses C. de transact. Hinc omni-

no se in eam fundare, & in legis atque probationis vim allegare licet. *c. fruſtra 7. diſt. 8. l. in ſumma 2. ſ. 5. ff. de aqua & A. P. A. c. ult. diſt. 9.* præterea ex quoque interpretationis regulæ, quas ſupra citavi, hic locum inveniunt, quod ſcilicet, contra eam opinionem pronunciandum, circa quam diſponentes clarius voluntatem ſuam exprimere debuiffent *l. 26. ff. de reb. dub. l. 39. ff. de paſtis l. 21. ff. de contr. empt.* præprimis ſi ea eſt odioſa, & talis opinio, quam diſponentes rogati ipſi reſpuiffent. Id quod in praeferti ſic proceſſiſſe credendum eſt, quia parentes pactum non contra ipſos liberos interpretationiſſiſſe, imo procul dubio paciſcentes, ſi per ſupra citatos paſſus paſto iterum derogaſturi fuiffent, de eo legem aperiuiſſiſſe conſcripſiſſent, mentemque ſufficienter declaraffent, quod cum non fecerint, id non voluifſe censendi ſunt. Tacens enim id voluifſe creditur, quod, cum loquenda aliter potuiffet ordinare, non fecerit. *l. ſicut 8. ſ. 15. & penult. ff. quib. mod. pigu. v. hyp. folv. l. 4. item ff. de paſtis.* Et quicquid adſtrin-
dæ obligationis eſſe debet, id, niſi ſufficienter & clare expri-
matur, pro non adjecto, vel omiſſa habetur, quia ſtipulato-
ri vel paciſcentibus liberum fuerat, verba de eo latius conci-
pere *l. quicquid 99. ff. de verb. oblig.* quin imo cum ſupra jam
jam dictum, quod in praeferti cauſa ſuccellio deſcedentium
inveniatur, cuius ea eſt natura, ut a liberis etiam nondum
adita tamen ad ſuos transferatur *l. 3. l. 19. C. de jure delib.*
STRUV. Juriſpr. rom. Germ. L. 2. T. 5. ſ. 16. hinc utut cuius-
vis paciſcentis cognati per masculos fuerint impediti, pater-
nam hereditatem adimi, nihilominus tamen juſ illud ad ſuos
tranſtulerunt, in cuius praefuditum à masculis nihil fuſcipi
potuit. Nec conſensus, quem ultimi masculi parens a domi-
no direc̄to obtinuit, ipſius feſeminam propaginem quicquid
adjuvat vel operatur, eſt enim in praeferti cauſa iſtar con-
firmationis, haec autem nihil de novo, aut plus juſis tribuit,
quam ante petens habuit. *c. cum dilecta X. de confir. util. c. du-*
dum X. de decret. c. quin diversi. X. de concess. pr. abend. l. 3. inf. C. fi
adv. rem. jud. unde non ad invalida porrigitur *c. 1. X. de tran-*
ſt. l. 43. ex facto ſ. 3. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Sed eſt tantum juſis
prius

prius quæsti conservatio clem. I. §. nos de jurejur. I. heredes
 21. §. 1. quod vero si. qui testam. fac. l. non dubium C. de legibus. unde
 nisi appareat vera originalis concessio juris cuiusdam. nihil
 valet vel confort confirmatio. quia non habet. ubi figat pe-
 dem. uti loquitur BALD. ad l. falsis in pr. C. de furt. n. 3. l. do-
 nat. C. de donat. c. inter dilectos de fide insfr. Pecunia Fren-
 dorffiana enim indubitanter allodiis annumeranda. ubi domi-
 no directo nullum jus concessum. hinc non plus juris per con-
 sensum ulterius concedere potuit. quam ipse habuit L. qui ta-
 bernas 32. ff. de contr. empt. l. si domus 71. §. f. de leg. 1. aut jus in
 bonis quibusdam alteri quæstum ipsi invito sine causa au-
 ferre valuit. KNIPSCHILD. de alieñ fideicom. fam. n. 394. HARPR.
 de transact. super fideicom. inter person. ad illud voc. n. 38. l. 3.
 §. 11. ff. de B. possess. contr. tab. Sed potius semper talis con-
 cessio tacitam clausulam in se habet. salvo jure tertii WES.
 p. 1. C. 15. n. 3. ZAS. Lib. I. Cons. 17. n. 75. Casr. vel 2. Cons. 73.
 n. 2. Et hinc ad eam tantum partem restringenda est. qualis
 ipsi in divisione competiisset. Propterea in hanc partem etiam
 sententia Augustissimi Tribunalis sâpe citata. est accipienda.
 Siquidem enim in jure cognitum atque perspectum est. quod
 ea libelli capita. quæ in sententia præterita inveniantur. pro
 rejectis sint habenda. Nunc autem in actis prolixius ab ul-
 timi masculi soiore hicce passus pro sua defensione propone-
 batur. sed sententia omnem ejus decisionem præteriit. &
 simpliciter omnes cognitorum lineas ad pecuniam Frensdorff-
 fianam inter se dividendam admisit. hincque inde declaravit.
 quod nihil amplius ipsis secundum modum in sententia præ-
 scriptum heredibus existentibus objici possit. ac debeat.
 quibus acquiescendum. finemque scribendi
 faciendum censeo.

Lit. B.

Veneris 13. April. 1736.

Marschalck von Ebnet hinterlassener Tochter
Wormund von Egloffstein, modo von Börstel, ad die
Marschalkischen Regredient-Erl. u. Commissionis
die Frensdorffische Herausgabs. Gelder
betreffend.

Absolvitur Relatio & Conclusum

primo. Fiat Sententia dahin, daß die, von denen dreyen Gebrü-
dern, Marschalken von Ebnet, in dem Recess de Anno 1628. zur
Helffe des rechten Werths des Guths Frensdorff bedungene
Abtrags-Gelder, denen von ihnen abstammenden Eigens-Erben,
allein und mit Ausschließung derer von der Amalia Marschal-
kin von Ebnet, descendirenden zu überlassen, und unter sie secun-
dum lineas und servato descendantium succedendi ordine,
zu vertheilen seyn; Compensatis Expensis.

2do. Cum notificatione hujus rescribatur, dem Herrn Fürsten
und Bischoff zu Bamberg und Würzburg, die in dem Recess
de Anno 1628. vorgeschriebene Taxation des Guths Frensdorff,
ohne Anstand gebührend vornehmen, und so dann die Helffe des
Werths, cum Interesse a tempore apprehensit possessionis
denen Marschalkischen Eigens-Erben, denen sie per dictam sen-
tentiam adjudiciret worden, abfolgen zu lassen, auch wie es ge-
schehen, an Thro Kayserl. Majest. bald möglichst zu berichten.

3ro. Fiat etiam Rescriptum horum notificatorum an die Kau-
sel. Commission.

Arnold Heinrich von Glandorff.

Lit.

Marschall von Ebnet

stoph M. von und zu Ebnet

5. Michal M. v. E. 6. Almalia M. v. Ebnet, verm.
† improlis an Hans Adam von Kunz-

berg zu Thurnau

vieronat
E.

10. Georg Wilhelm
von Kunzberg.

11. Joh. Heinrich
v. Kunzberg.

Magd.
ihlt an v.
ses von
ersfelden

17. Valentin 18. Maria Ur-
Georg v. sula v. Kunz-
Kunz, berg, verm.

19. Georg Chri-
stoph von
Kunzberg.

a Mag-
germählt
Rilchling,
Lutmaß.

Lit. A.

I. Friedrich Marschall von Ebnet

2. Wolff Christoph M. von und zu Ebnet

3. Sigmund
M. v. E.
4. Diet Ulrich M.
v. E. acquirens
† improlis
† improlis.

5. Michal M. v. E.
† improlis6. Almilia M. v. Ebnet, verm.
an Hans Adam von Kunz-
berg zu Thurnau

7. Hanns Ebel
M. v. E.
8. Georg Christoph
M. v. E. † improlis.
9. Hans Hieronat
M. v. E.

10. Georg Wilhelm
von Kunzberg.11. Joh. Heinrich
v. Kunzberg.

12. Wilh. Hein.
M. v. Ebnet.
13. Adam Ernst
M. v. Ebnet.

14. Eva Susanna
verm. an von
Schlamersdorff15. Phil. Fried.
M. von E.
† improlis.16. Cath. Magd.
vermählt an
Druchel von
Pomesfelden17. Valentin
Georg v.
Kunzsb.18. Maria Ursula v. Kunz-
berg, verm.
von Luchau.19. Georg Christo-
ph von Kunzberg.

20. Georg
Christoph
M. v. E.
Oberfall-
meister.

21. Maria
Dorothea v.
verm. an v.
Schau-
burg.

22. Anna
Rosina, ver-
m. an
N.N. von
Kunzsb.

23. Filia N. N.
vermählt an
von Bracken-
dorff.

24. Georg Lud-
wig Christoph
v. Schlamers-
dorf, Ober-
Jägermeister.

25. Anna Mag-
dalena, ver-
mählt an v.
Milchling,
Ober- Annaberg.

26. Chri-
stian
Friedrich
M. v. Eb.
† 1726.
Geheimd.
Rath von
Gecken-
dorff.

27. Friede-
helmina,
verm. an
möhlt an
Rath von
berg.

28. Doro-
thea Caro-
lina, ver-
m. an
N.N. von Kunzberg ux.

29. N.N. von Kunzberg ux.
von Neumüh-
len.

30. N.N. von Kunzberg ux.
N.N. von Kunzberg.

31. Peterich Carl Christian
1728 abg. Nor. dt. Matz.

32. Gottlieb Georg Peterich
† 1728. d. 11. Oktober.

33. Gottlieb. Dot. n. 1718.
1733. verm. an in Geb.

34. Gottlieb
Peterich
1728 abg. Nor. dt. Matz.

35. Gottlieb. Dot. n. 1718.
1733. verm. an in Geb.

Lit. C.

Shr Lotharius Franz von Gottes Gnaden des Heiligen Stuhls zu Mainz Erz-Bischoff, des Heiligen Römischen Reichs durch Germanien Erz-Canzler und Thurnfurst, Bischoff zu Bamberg, bekennen und thun kund öffentlich an diesen Brief, daß Uns der Beste, Unser lieber Getreuer, Friedrich Christian Marschall von Ebnet unterthänigst fürgebracht und zu erkennen gegeben, welcher gestalt er in iehiger Geld-klemmen Zeit mit grossen Auflagen beschworet, und aber bekannt sey, da in Anno 1628. zwischen Unserm Kaiserl. Hoch-Stift Bamberg und der Marschalcischen Familie mit damahlicher daher Capitaliarischer special-Verwilligung ein Vergleich dahin aufgerichtet worden, daß bei abgehenden männlichen Stamm die Helfste des Pretii von denen sämtl. sowohl alten als auch selbiger Zeit Uns aufgetragenen Frensdorffischen Lehn so fort denen als den vorhandnen Marschalcischen Eigenen Erben hinaus gezahlet werden soll, dahero inständigst gebethen, ihme in Ansuchen sothanen Vergleichs mit einem Consens auf 12000. Rthlr. gnädigst zu statten zu kommen, gleichwie sein Anbringen und bitten mit Gnaden angesehen, also geben Wir nach Anleitung gedachten Vergleichs de Anno 1628. zu Verpfändung des Ritter-Guths Frensdorff, und Eingebürungen auf 12000. Rthlr. hiermit Unsere Gunst und Willen, thun das auch in Kraft dieß Briefs dergestalten, daß der darbey Ihn wegen solcher verleyend 12000. Rthlr. und den hier verfallenden Jahrl. Interessen auf den verschriebenen Unterpfand habhaft, sicher und gewartend seyn solle, doch daß obgedachte sämtliche Frensdorffische alt und neue Lehn und Güther zur Zeit der Heimfälligkeit Real müssen geschähet, und darauf für dasjenige, was über die Summa der 12000. Rthlr. die Helfste auch mehreres Werth befunden wird, vollends nachgezahlet werde, gleich hingegen und daferne berührte sämtliche Frensdorffische Lehn und Güther zur Zeit der Heimfälligkeit noch einmal so viel als 12000. Rthlr. an dem Werth befunden werden solten, solchen

folchen unvermuthenden falls gegenwärtiger Consens weiter nicht, als auf die Hälfte des aankhen Werths, nach Aileitung des Vertrags de Anno 1628. für gültig zu achten seyn würde, Uns und Unsern Hoch-Stift Bamberg und Nachkommen al- lenthalben Lehenhafften, Herrlichkeit, Günstigkeit und Gewo- genheit unschädlich. Zu Wirkund ist Unser Secret an diesen Brief gehangen, und solche von Uns unterschrieben worden. Gegeben in Unser Stadt Bamberg den 31. Decembr. 1716.

Gotharius Frank
Sbursfürst. (L.S.)

Consens a 12000. Rthlr.
für Friedrich Christian Marschall
von Ebnet.




ULB Halle
005 355 699

3



5b

V018



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-426747-p0048-0

DFG

Farbkarte #13



B.I.G.

Black

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

DE

1706/15 49
INTERPRETATIONE PROXIMATIS GRADVS QVOAD SVCCESSIONEM IN BONIS EQVESTRIBVS REGRESSVI OBNOXIIS RESPECTV COLATERALIVM ET DESCENDENTIVM OCCASIONE RECESSVS IN FAMILIA DN. BARONVM DE MARSCHALK INITI,

QVAM
 EX DECRETO ET AVCTORITATE
MAGNIFICI JCTORVM COLLEGII
 IN PERANTIQVA VNIVERSITATE ERFORDIENSI,

P R A E S I D E
 FACVLTATIS IVRIDICÆ DECANO,
DN. CONR. WILHELMO *S*tredewy
 JCTO, PRÆLAVDATÆ FACVL. ET IVDIC. ELECT. PROVINCIAL. ASSESS.
 PROF. COD. PVBL. ORDINAR. CIVIT. STND. PRIMAR.
 ET CONSVL,

P R O L I C E N T I A
 SVM MOS IN VTROQVE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA
 RITE AC LEGITIME CONSEQUENDI,
 PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
 AVCTOR ET RESPONDENS

ADAMVS HEINRICVS SCHMIDT,
 ADVOC. ORDIN. SVINFVRTENSIS.

*IN AUDITORIO IVRISCONSVLTORVM MAIORI
 DIE XI. JULII MDCC XXXVI.*

ERFORDIÆ, Typis HERINGH, Acad. Typogr.